

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.l.], 1745**

Feria quinta ad vespas

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)



qui po tens est.

8.

*Preces si dicenda sunt, habentur sup. fol. 71.*

## FERIA QUINTA

AD VESPERAS.

*Antiphon.*

Et om nis.

I.

*Temp.**Pasch.**Antiph.*

Al le lu ia.

I.

*Psal. 131.***M**emento Dómine David, \* & omnis mansuetudinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernáculum domus meæ, \* si ascendero in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis, \* &amp; pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem temporibus meis, donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: \* invénimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernáculum ejus: \* adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, \* tu, &amp; arca sanctificatiónis tuæ. F 5 Sa-



Sacerdotes tui induantur iustitiam: \* & Sancti tui exultent. (Christi tui.)

Propter David servum tuum, \* non avertas faciem Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, \* & testimonia mea haec, quae docebo eos.

Et filii eorum usque in saeculum, \* sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: \* elegit eam in habitationem sibi.

Haec requies mea in saeculum saeculi: \* hic habitabo, quoniam elegi eam.


Vidua eius benedicens benedicam: \* pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: \* & Sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David, \* paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: \* super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

*Antiphona.*



Et omnis mansuetudinis eius.



Ecce quam bonum. 4.

*Psalms.*




*Psalm. 132.*

**E**Cce quàm bonum, & quàm jucundum, \* habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, \* quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus: \* sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, \* & vitam usque in sæculum.

*Antiphona.*

Omnia.

3.

*Psalm. 134.*

**L**audate nomen Domini, \* laudate servi Domini. Qui statis in domo Domini, \* in atriis domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bonus Dominus: \* psallite nomini ejus, quoniam suave.

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, \* Israel in possessionem sibi.

Quia



Quia ego cognóvi, quòd magnus est Dóminus, \* &  
Deus noster præ ómnibus Diis.

Omnia quæcúnque vóluit, Dóminus fecit in coelo,  
& in terra, \* in mari, & in ómnibus abyffis.

Edúcens nubes ab extémo terræ: \* fúlgura in plú-  
viam fecit.

Qui prodúcit ventos de thefauris fuis: \* qui percúf-  
fit primogénita Ægypti ab hómine ufque ad pecus.

Et mifit figna, & prodigia in médio tui Ægypte; \* in  
Pharaónem, & in omnes fervos ejus.

Qui percúffit gentes multas: \* & occidit reges fortes.  
Schon regem Amorrhæorum, & Og regem Bafan, \*  
& ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eòrum hæreditàtem, \* hæredità-  
tem Ifrael pópulo fuo.

Dómine, nomen tuum in ætérnum: \* Dómine me-  
moriàle tuum in generatiònem, & generatiònem.

Quia judicàbit Dóminus pópulum fuum: \* & in fer-  
vis fuis deprecàbitur.

Simulàcra gèntium argèntum & aurum, \* ópera  
mànuum hómìnium.

Os habent, & non loquéntur: \* óculos habent, &  
non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: \* neque enim est  
fpiritus in ore ipfòrum.

Símiles illis fiant, qui faciunt ea: \* & omnes, qui  
confidunt in eis.

Domus Ifrael benedicite Dómino: \* Domus Aaron  
benedicite Dómino.

Domus Levi benedicite Dómino: \* qui timétis  
Dóminum, benedicite Dómino.

Be-



## AD VESPERAS.

93

Benedíctus Dóminus ex Sion, \* qui hábitat in Jerúsalem.

*Antiphona.*

Om ni a quæcunque Dominus vo lu it fe cit.

*Antiphon.*

Quo ni am. 3.

*Psal. 135.*

**C**onfitémini Dómino, quóniam bonus: \* quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo Deórum: \* quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino Dominórum: \* quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirábilia magna solus: \* quóniam &c.

Qui fecit coelos in intelléctu: \* quóniam &c.

Qui firmâvit terram super aquas: \* quóniam &c.

Qui fecit luminária magna: \* quóniam &c.

Solem in potestâtem diéi: \* quóniam &c.

Lunam & stellas in potestâtem noctis: \* quóniam &c.

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eorum: \* quóniam &c.

Qui edúxit Israel de médio eorum: \* quóniam &c.

In manu poténti, & bráchio excélsó: \* quóniam &c.

Qui dívísit mare rubrum in divisiónes: \* quóniam &c.

Et edúxit Israel per médium ejus: \* quóniam &c.

Et excússit Pharaónem & virtútem ejus in mari rubro: \* quóniam &c.

Qui



Qui traduxit populum suum per desertum: \* quoniam &c.

Qui percussit reges magnos: \* quoniam &c.

Et occidit reges fortes: \* quoniam &c.

Sehon regem Amorrhæorum: \* quoniam &c.

Et Og regem Basan: \* quoniam &c.

Et dedit terram eorum hereditatem: \* quoniam &c.

Hereditatem Israel seruo suo: \* quoniam &c.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: \* quoniam &c.

Et redemit nos ab inimicis nostris: \* quoniam &c.

Qui dat escam omni carni: \* quoniam &c.


Confitemini Deo Coeli: \* quoniam &c.

Confitemini Domino Dominorum: \* quoniam in æternum misericordia ejus.

*Antiphona.*



Quo ni am in æ ter num mi se ri-



cor di a e jus.



*Antiph.*

Hymnum cantate nobis. 8.

*Psal. 136.*

**S**uper flumina Babylónis, illic sedimus, & fleuimus: \* cum recordarémur Sion. In



In falicibus in médio ejus, \* suspēdimus órgana  
nostra.

Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, \* verba cantiónum.

Et qui abduxerunt nos: \* Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quómodo cantábitur canticum Dómini \* in terra aliéna?

Si oblitus fuero tui Jerúsalem, \* oblivióni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, \* si non meminero tui.

Si non proposuero Jerúsalem, \* in principio lætitiæ meæ.

Memor esto Dómine filiõrum Edom, \* in die Jerúsalem.

Qui dicunt: exinaníte, exinaníte, \* usque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis mísera: \* beátus, qui retribuet tibi retributiõnem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus, qui tenébit, \* & allidet párvulos tuos ad petram.

*Antiphona.*



Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

*Tempore*

*Paschali*

*Antiphon.*

Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

Ca-



Capitulum per Annum *2. Cor. 1.*

**B**enedictus Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, & Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra. *ꝛ.* Deo grátias.

HYMNUS. *per Annum.*

**M**agnæ Deus potentia,  
Qui fertili natos aqua  
Partim relinquis gurgiti,  
Partim levas in aëra.

\*

**D**emerfa lymphis imprimens,  
Subvecta cœlis erigens:  
Ut stirpe ab una prodita,  
Diverfa repleant loca.

\*

**L**argire cunctis servulis,  
Quos mundat unda sanguinis,  
Nescire lapsus criminum,  
Nec ferre mortis tædium.

\*

**U**T culpa nullum deprimat:  
Nullum efferat jactantia:  
Elisa mens ne concidat:  
Elata mens ne corruat.

\*

**P**ræsta Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Regnans per omne sæculum. Amen.

*ꝛ.* Dirigátur Dómine Oratio mea.  
*ꝛ.* Sicut incensum in conspéctu tuo.

Ad



Ad Magnificat. *Antiphona.*

Fac De us po ten ti am in bra-  
 chi o tu o: dis per de su per bos, et  
 ex al ta hu mi les. 7.

*Preces quando dicenda sunt, habentur supra fol. 74.*

## FERIA SEXTA

AD VESPERAS.

*Antiphon.*

In conspectu. 5.

*Tempore  
 Paschali  
 Antiphon.*

Al le l ia. 5.

*Psalm. 137.*

**C**onfitêbor tibi Dômine in toto corde meo: \*  
 quóniam audísti verba oris mei.

In conspêctu Angelôrum psallam tibi: \* adorâbo ad  
 templum sanctum tuum, & confitêbor nómni tuo.

G

Su-